



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Baptistae Mantuani Carmelit[a]e de patientia aurei libri
tres**

Baptista <Mantuanus>

Dauentrie, 1515

Quid sit virtus, et vitiu[m], et in quo sita sint ca.xxvi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30534

Libri Primus

re nō confectur vt intelligatur, dixisse non videtur, sed iam ad cetera festinemus.

Quid sit virtus et vitium, et in quibus sit Cap. xvii

Nobis itaque quod vitium, quod vel sit virtus. Est namque virtus in concupiscibili seu irascibili habitus per morem acquisitus, vires istas legi subiectas, et ad omne rationis imperium hominem semper prouocans et inclinans. Per morem acquisitus inde dicitur est, vt non putes virtutes mortales instar scientie a preceptore infundi, aut id virtutis esse quod natura sua sponte produxit: Sunt enim plerique natura, neque scurrere neque rustici, sed urbani, sed non est in eis virtus, at quedam potius naturae foelicitas, ac dei donum. Quod Crassus auus Crassi quae Parthis iterum empta est, nunquam riserit, Antonia Drusi nunquam spuerit, Propertius consularis poeta nunquam ructarit, natura id praestitit, non virtus. Propterea id in eis (vt Aristoteles docet) neque laude, neque vituperio dignum fuit. Atque Socrates semper eodem vultu neque hilari nimis, neque turbulento visus sit, id in eo viro sapientia claro virtutem existio. Vitium vero in eis despotibus, habitus est per morem inducitur, ad ea tantum inclinans, quae sensui placeant et applaudant. Cum assuenit ergo concupiscibilis, parere rationi. Consuetudo haec temperantia est, qua suadente, consuetis homo abstinere voluptatibus, Et a vitio quasi ab extasi in se reuersus turpitudinis suae pudet ac penitet, Est igitur bonus habitus animae sanitas, nam sicut corpus tunc demum bene valere a medicis dicitur, cum et recte operatur, et a contrariis non facile vincitur. Sic secundum philosophos atque theologos, tunc animus est incolumis, cuius secundum rationem agit, et incitamentis malis non assentit, hoc per virtutes habetur. Virtus igitur, vt ex sententia Platonis antea diximus, animae sanitas est, quae si sanitas, est et perfectio.

De quibus deinceps agendum, et quantum valeat ex arte certare Cap. xviii.

Sunt (Aristotele teste in primo secundoque Ethicorum libris) animae potius pro ingenio et natura ipsarum. Diversi habitus speciesque virtutum, Verum post habitus alios, de his tantum